Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

suspexit ad celum. Erat enim cor eius fidu-
ciam in domino habens. Et dixerunt presbi. Cum de
ambularemus in pomerio solis; ingressa est hec
cum duabus puellis; et clausit hostia pomerij et
dimisit puellas uenitq; ad eam adolescens qui
erat absconditus et concubuit cum ea. Porro
nos cum essemus in angulo pomerij; uidentes
iniquitatem accurrimus ad eos et uidimus eos
pariter commisceri. Et illum quidem non quiui-
mus comprehendere. quia fortior nobis erat; et
aperto hostio exiluit. Hanc autem cum appre-
hendissemus interrogauimus quis nam esset adole-
scens; et noluit indicare nobis. Huius rei tes-
tes sumus. Credidit eis multitudo ppli qi senio-
et iudicibus; et condempnauit eam ad mortem. Ex-
clamauit autem susanna uoce magna et dixit.
Deus eterne qui absconditorum es cognitor. q
nosti omnia ante quam fiant; tu scis quia falsi
contra me tulerunt testimonium. Et ecce morior;
cum nichil horum fecerim que isti malitiose co-
posuerunt adusum me. Exaudiuit autem dns
uocem eius. Cumq; duceretur ad mortem suscita-
uit dns spm pueri iunioris cui nomen daniel.
Et exclamauit uoce magna. Mundus ego
sum a sanguine huius. Et conuersus ad eum
omnis ppls dixit. Quis est sermo iste quem locutus e-